Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



201.

qualibet difficultate restituere, ebbe perceptis satisfactionem congruam, ut tenentur, exhibere procurent. — Dat. Lugd. II. Non. Aug. (die IV Aug.) Pontificatus nostri anno tertio.

118) Matt. Parisius; Albertus Stadensis ad an. 1246; alibique apud Struvium Corp. hist. Germ.

119) De Henrico Romanorum Rege exauctorato, et in carcere fame enecto, vide supra Add. 104. Clarius ipse Auctor ibi citatus Reinoldus Chron. Camptill. ad an. MCCXXV: Fridericus Imperator, vt Ambitum Imperii in Filio Henrico Rege opprimeret, et puniret, ex Italia per Aquilegiam profectus est in Germaniam. — Imperator filium Henricum Rege deposuit, et primum in Germania maximo inimicia ejus Duci Bauariæ custodiendum tradidit: postea in Apuliam, cum Regina et duobus filiis transmisit. Pro quo Conradum alterum filium in Regem designauit. Godefridus Colonienſis ad an. 1237. Fridericus Imperator ab Austria ascendit usque Ratisponam, Principibus apud Spiram ad colloquium vocatis. Vbi cum quidam Principes conuenissent, ab Eo ad conuiuium inuitantur, Filium et eam suum Conradum, adhuc puerum, prius in Austria (nempe XI annorum) / Regem Teutonia designatum, denuo ab ipsis obtinet approbari. Matt. Parisius ad an. 1246: comperiens igitur Fridericus memoratum Landegrauium emulum suum insurrexisse contra Papam, processurum, in Alemannia procedit. — Misit igitur contra eum, filium suum Conradum cum manu militari non minima, vt eidem hostiliter resistere et dimicando. Sed in die certaminis, quibus eundem Conradum juuare tenebantur, coniuncti Papales, vt dicitur, pecunia, in campo dominium fugitiui, vel potius ad partem aduersantium conuolantes, turpiter reliquerunt. Vnde victus dictus Conradus ad patrem suum fugitiuus et ingloriosus remeauit. Brunner Annal. Boic. l. 14 ad an. 1246: Conradus elapsus cum paucis in Boiariam profugit fœda proditionis nota Sueuos fugillans. Adelgreiter Annal. Boic. p. I, l. 24 ad an. 1246.

120) Chron. Augustense ad an. 1246: Conradus, filius Friderici Imperatoris, duxit vxorem Dominam Elisabeth, filiam Ottonis, Ducis Bauarie. Matt. Parisius ad an. 1246: filius etiam eius (Friderici) simili tractus intentione, filiam Ducis Bauarie sibi matrimonio copulauit. Andreas Presbyter p. 30: Hic Conradus Elizabeth filiam Ottonis ducis Ducis Bauarie duxit vxorem, et vocabatur Regina Jerusalem. Apud Gewoldum de Septemviratu c. 9, Wenceslaus Rex in diplomate Wenceslai Regis Bohemie, dato an. 1297, enumerantur oppidum Schongow, castrum Heitengow, Arbergow, Curia super monte, Curia Stauffe, villa Iglingen, villa Durnckeim, villa Moeringen cum toto heybische, Castro Swabebke, Castro et Oppido Swerinwerde, Castro Castheym, Oppido Nonoforo, cum toto officio